**E**rro rōiuris non impedit p̄scriptōnem. vide sub v̄bo p̄scriptio. s̄. p̄scribere volenti.

**E**rro tacite confessionis surgentis ex pductōne instrumenti non potest reuocari nec admit

titur quis ad pbandum talē errorem. secus i simplici confessione abstracta ab instrumēto. quia p̄mo casu pducens instrumentū potuit t̄ debuit atēq̄ pducere deliberare an sibi expedire pducere. sed sepe ex improviso et in deliberate emanat cōfessio. quia memoria labilis est. Item plus est habere tacitā cōfessio nem t̄ instrumenti plationem cōtra confessio nem tantū. ita no. Inno. t̄ io. an. de censi. cū olim. in fine. **P**redicta limita quādo p̄ errore improbab instrumentū directe. secus si indire cte puta pduxer instrumentū in quo appareo debitorem in. x. pducendo. confiteor tacite q̄ sū debitor. volo p̄bare q̄ solui vel q̄ feci pactū de non petēdo t̄ consequenter q̄ nō sū debitor in effectu debeo admitti. quia ista pbatio non repugnat veritati instrumenti. Ita no. domin⁹ anth. in. d. c. cum olim. Ex pmissis aparet q̄ illi qui p̄ dictam theoricā inno. pcludūt q̄ cōfessionē deductam in instrumenti v̄l. alia scripturam reuocari nō posse ratōe alicui⁹ erroris. nō bene allegant. quia inno. hoc non dicit. sed bene dicit q̄ confessio tacita que surgit ex pductōne instrumenti non reuocat. quia duo concurrūt. l. confessio t̄ instrumentū. sec ergo vbi est alterū tantum fīm eum. ideo si ad uersarius pducere instrumentū in quo contineretur cōfessio mea. possem illā cōfessionē reuocare ratōne erroris pīnde. ac si de illa nō la fuisset scriptura facta. Item p̄dicta limita i pducente scripturā siue instrumentū que vel quod de se facit plenam pbatōnem. sec in pducente scripturam que datur vt contēta ī ea aliunde p̄bentur. vt patet in pducente articulū vel positōnem. nam ratōe erroris potest talis positio t̄ articul⁹ reuocari. vt no. io. an. in. c. cum in positōnibus. de iuriū. li. vj. in v̄bo sup iusta causa. t̄ vide. s̄. s̄. error p̄fessōis

**E**t. ista dictō est ampliatiua. no. bar. in. l. cū antiq̄orib⁹. L. de iure. delibe. t̄ p̄pterea natura istius dictōis est diuersa p̄lungere. q̄nq̄ tñ copulatiua ponit p̄ disiunctiuā sed im. p̄pe. t̄ q̄n ponit inter duo adiectiuā non requirit in eodez subiecto p̄cursū v̄tri usq̄ s̄ verificat in alio tñ. vt no. anth. i. c. penul. devi. t̄ ho. cle. in cle. in plerisq̄. d̄ elec. Et de natura h̄ dictōis vide plene p̄ anth. deco ba. cle. vestra. v. nō q̄ materia. t̄ p̄ bar. l. l. si his q̄. s̄. v̄trū. v. nota q̄ materia. ff. d̄ re dub. vbi plenissime loquitur. t̄ vide omnino p̄ eius in. l. s̄. ff. de pac.

**E**t circa hoc v̄bum denotat tempis p̄tinuatōz no. Ro. conclu. xxv.

**E**t si. hoc verbum licet cōmūniter significet ad uersatiū p̄ q̄uis. vt patet de p̄ben. dudu. li bro. vj. t̄ de insti. c. s̄. e. li. de iniurijs. c. s̄. e. li.

Tamen quādōq; ponit pditionalē ad como  
dū pferentis. vt nō. antb. de excep. c. cū ve  
nerabilis. h̄. colū. v. nota scđo.

Et asta copulatiua qñq; non p̄iūgit. vt l. si ita  
q; heredes. ff. de here. insti. quā. l. nota.

**E**las. vide supra in xbo annus.  
Eidēs et euidentissima pbatio q; dicat  
vide sub xbo pbatio. h̄. probatio indu  
bitata.

**E**xceptio firmat regulā i casib; nō exce  
ptis. de p̄uile. si papa. li. vj. 7. ff. de pe  
le. l. nam qd liquide. in fine. nō. Ro. 2.  
cccxxvj. 7 vide supra xbo articulus.

**E**xceptio l̄z firmat regulā tñ nūq; ampliat eaz  
nō. Bar. ff. de ysu. le. l. generali. h̄. vxori. et d  
fun. instruc. l. q̄cqd. h̄. deniq;. 7 vide in cle. j. d  
pbē. 7 pe. do ant. in. c. licz. de offi. vica. li. vj.  
licz lap. ibi dicat p̄trariū. in vlti. q̄stione.

**E**xceptio l̄z debebat specialiter apponi tamen  
q; qd deducit ad iudiciū p reū l̄z non dicat q;  
excipliō deducit: tñ in ym excipliō intelli  
git. 7 p̄sumit esse deductū. nō. Ro. 2. cccxiiij  
l̄z aut̄ non sit necesse q; exceptio specificē 7 in  
forma oponat sed sufficit factū narrare ex q;  
resultet exceptio. tñ si oponat inepit: excipli  
ens succubit. nō. Bal. in. l. j. h̄. labeo. ff. d. flu.  
et ne qd in flu. 7 in. l. j. ff. de excep. et Ly. in. l.  
domū. L. de rei vendicati.

**E**xceptio dubia q; p̄t p̄cludere 7 nō p̄cludere  
debet admitti cū postea possit i. pcessu detegi  
7 declarari. nō. glo. de pcura. ex insinuatiō  
tant. d̄ resti. spo. in litteris. ix. colū. v. ex his  
decidit.

**E**xceptio spoliatiōis facte p tertiu l̄z possit op  
poni executiōi. tñ nō. pcessui nec dissitioni.  
vt nō. Ro. 2cl. cccxix. nō. antb. d̄ resti. spo.  
l̄fis. viij. colū. v. oppono q; agenti.

**E**xceptio spoliatiōis facte ab alio q; ab actore  
q; non mādauit nec ratuz habuit nō p̄t oponi  
nisi i criminalib; causis vel nisi spoliatio con  
cludat inopiam. nō. Ro. 2clu. cccxix. et nō.  
antho. de resti. spoli. in l̄fis. viij. colū. v. oppo  
no q; agenti.

**E**xceptio spoliatiōis rerū p̄uataꝝ nō p̄t oponi  
ni q; agētē sup ecclesiasticis nec ecōuerso. nō.  
Ro. 2clu. cccxix.

**E**xceptio aliq; an possit oponi q; executionem  
grē. id ē p̄tra inductionē in possessionez. vide  
sub xbo executio.

**E**xceptio banni vel excōicationis q; obstabat  
cedēti an obſtet cessionario. vbi p̄ 3o. an. de  
iure patro. c. s. li. vj. in ouel. sup glo. penul.

**E**xceptiones etiā nullitatis si rehiciūt p̄ prescri  
ptum vel p̄stitutiōem intelligat etiā de pem  
ptorūs 7 nullitatib; etiā de defectu iurisdicti  
onis pcedētib;. vide s̄b xbo rescriptū p qd.

7 s̄b xbo lex. h̄. lex siue p̄stitutio p̄cludēs.

**E**xceptio an transeat ad singularē successorez  
actiue 7 passiue. vide plene p antb. d̄ iudi. q;  
v. venio ad scđm.

**E**xceptio an actiue 7 passiue trāseat ad vniuer  
salē successore etiā q; nō causatius a p̄decesso  
re vt successor i dignitate. vide plene p antb.  
de iudi. q; v. venio ad scđm. et v. venio ad  
quartū.

**E**xceptio h̄ actorem oposita q; p̄uandus veni  
atiure qd habeat i re quā petit. ē admittenda  
l̄z non ipo iure sed p̄ s̄niā p̄uandus ē. vt nō.  
de cau. posses. pastoral. in glo. penul. qd intel  
lige si excipliē petat actore p̄demnari 7 pua  
ri p̄ s̄niā 7 se absoluī. q; s̄niā sup ista p̄uatio  
ne est necessaria. nō. antb. de fo. cōpe. c. si dili  
gēti. xj. colum. v. l̄z posito q; reqrat.

**E**xceptionē habēs p̄t aduersariū p̄uenire im  
plorādo officiū iudicis ne ab eo inquietet l̄z  
ab ipo nō p̄ueniatur nō. antb. de iure iūr. qn  
tauallis. v. venio ad scđz quo iure. Et aduer  
te notabilitē q; tale officiū implorabit a iudi  
ce iūpius implorātis nō a iudice eius h̄ quem  
implorat. q; hoc casu ille cēset iudex compe  
tens ad dictū iudicis officiū qd venit loco ex  
ceptiōis q; eēt cōpetens sup ipsa exceptionē si  
actor agēt. vt nō. e. c. v. venio ad q̄rtū.

**E**xceptio ordinis: vt prius de vna causa q; de  
alia cognoscā. 7 omnis exceptio q; non p̄pē  
tuo l̄z ad tps impedit ē dilatoria. nō. Bar. l.  
ij. ff. de excep. 7 idē in exceptione p̄iudiciali.  
vt qñ vna causa est p̄iudicialis ad aliaz. ideo  
talis exceptio nō p̄t oponi post litis p̄tes. L.  
de pba. l. exceptionē. ij. colum.

**E**xceptio dilatoria habēs causam successiūaz  
7 multiplicatiā nō cōsumitur p̄ litis contes.

**I**deo exceptio q; bannit' non audiat' 7 exce  
ptio loci nō tuti 7 exceptio q; q̄s nō cōueniat  
ultra duas dietas. exceptio fori: p̄nt oponi  
post litis cōtes. si reus de nouo citat'. quia de  
nouo grauaf. que exceptio pdest quo ad fu  
tueros act' nō quo ad p̄teritos. nō. antb. d̄ re  
scriptis. dilect'. h̄. et spe. in ti. de app. h̄. restat  
v. 7 nō. 7 in ti. de cita. h̄. qd si re'. 7 vide h̄. h̄.  
exceptio cōpetēs ex statuto.

**E**xceptio declinatoria iurisdictiōis non p̄t op  
poni p̄ illum q; interrogatus p̄sente iudice an  
velit coram eo respōdere dicit q; sic: ex q; patz  
q; anteriori actu litis p̄tes. p̄cludif via ad de  
clinatoria. nō. antb. d̄ iudi. c. s. v. nō septimo  
vtilē. vide bar. in. l. nō videff. ff. de iudi.

**E**xceptio declinatoria iurisdictiōis nō potest  
opponi p̄ illū q; ante litis p̄tes. interrogat' an  
coraz iudice yellet litigare respōdet q; sic. qd  
est verū qñ sciuit yel scire debuit exceptionez  
sibi cōpetere. alſ secus. Item l̄z veruz quādō

respōdit se velle litigare. si autē cōstituat p̄curatōrē ad respondenduz saluis exceptiōibus suis: tūc secus. nō. ant. dī iudi. c. j. v. opono q̄ locus. t. v. ex his decidit.

**E**xceptio declinatoria supueniēs post lītē consel. sicut possit oponi nō obstante p̄testatione; ita et supueniēs post pactuz de non litigando p̄t oponi nō obstante cōstitutione et pacto. q̄ pactum et renūciatio restringit ad causam subsistentē fīm t̄ps pacti et renūciatiōis. et idē in exceptiōe recusatoria ppter suscipitōnē. nō. anth. de iudi. c. j. v. opono scđo q̄ hec.

**E**xceptio declinatoria iurisdictiōis non tollit p̄ satisfactionē de iudicio sisti vel de iudicato soluēdo: de mādato iudicis factā. q̄ illa satis datio recipit intellectū: p̄mitto sistere put d̄ iure debeo. nō. ant. de iudici. c. j. v. ex his decidit. et **B**ar. dere iudi. l. qdaz cōsulebat. nec etiā tollit per aliū actū quē p̄ corā iudice facit ante lītis cōtesta. nō. anth. de re iudi. inter monasteriū. v. opono q̄ p̄. vide tex. et **B**ar. in. l. nō videt. ff. de iudi. et vide **J**. sup vbo renūciatio. q̄ renūciare nō intelligit exceptioni.

**E**xceptio excōicationis p̄tra p̄curatōrē excōmunicatiū lī sit dilatoria: p̄t oponi etiā post lītē p̄testa. ppter periculū excōicationis quia causa oponēdi est successiua. nō. anth. de p̄ba. post cōfessione. penul. colū. **E**t si dicta exceptio oponit p̄tra iudicē: corā quo p̄bāda sit vide **J**. an. de excep. pia. li. vj. sup verbo iudex. in nouella. et p̄ **B**ar. in. l. qdām p̄sulebat de re iudi. et p̄ anth. de offi. dele. cū sup. et per

**E**xceptio cōpetens ex (dñicū. in. d. c. pia. statuto q̄ bānitus non audiat. non p̄t oponi q̄ bānitiū in causa appellatiōis si i causa p̄ncipali bannit' fuit reus originari': siue fuit appellās siue appellat'. **S**z si fuit actor originarius i p̄ncipali in q̄ non fuit oposita exceptio bāni. tunc si ē appellās: non p̄t oponi in causa appellatiōis. q̄ in illa reus censem. si appellat' nō audis oposita exceptiōe nisi etiā appellās appellationē suā p̄sequat'. nō. anth. de excep. c. significauerūt. vj. colū. ad fi. et vide **S**. q̄ exceptio dilatoria.

**E**xceptio p̄iudicialis an sit p̄us trāctāda et fini enda q̄ causa p̄ncipalis et an pcessus simul super vtroq̄ valeat. vide anth. in. c. tua. d. or. cog. in p̄ncipio. et scđa opon. et p̄ **B**ar. in. l. fundū. ff. de excep. lī **B**ar. ibi loquac̄ i pluribus actionib̄ p̄ncipaliter intentatis quaz vna est ad alia p̄iudicialis.

**E**xcipiēs de delicto an teneat exp̄mēre locū et t̄ps delicti sicut sit in accusatiōe. vide sub vbo t̄ps. q̄ t̄ps non solū.

**E**xceptio p̄emptoria de q̄ p̄stat p̄ instrumētuз p̄ oponi in vim dilatorie ad pcessuз impedi-

endū. et idē in qualibet alia q̄ sit notoria. qđ ē singulare. vt nō. spe. in ti. de excep. q̄ edicto. v. lī an re'. et. v. vt autē. et idē nō. anth. de rescriptis. sup līris. xvij. colū. taciturnitas tñ di cte exceptionis de q̄ p̄stat in instrumēto non viciat rescriptū tāq̄ surrepticiū: lī taciturnitas notorie sic. vt nō. xvij. colū.

**E**xceptio surreptionis in beneficialib̄ p̄t op̄oni nō solū ad merita lī etiā ad pcessum et līras: q̄ surreptio non solū viciat grām lī etiā rescriptū et pariter afficit vtrunc̄. vt nō. **J**. an. de excep. pastoralis. ad finē magne glo. et de rescriptis. p̄stituistis. qđ ē verū qñ in līris creatur simul ius et iurisdictio. vbi aut p̄mo p̄ līras ius creator: postea ex iteruallo dātur littera q̄ in possessionē mittat. tunc lī p̄me littere surrepticie sint nulle et illas p̄t opponi et p̄tra rescriptū q̄ in possessione ducaet. non p̄ dicta surreptio oponi. vt nō. **J**. an. in. c. j. de lītis p̄testa. li. vj. et ibi **J**. an. in nouella. et idē dicit anth. de rescriptis. p̄stituistis. penul. colū. **S**z aliter distinguit i. c. sup līris. c. ti. xvij. colū. vbi etiā dicit idē in p̄ilegijs qđ i beneficiālib̄. et idē dicit **J**. an. fīm cōpos. in. c. ad audiētiā. ii. de rescriptis.

**E**xceptio pacti de nō agēdo vel iuramēti d̄ nō agendo ē declinatoria fori. ideo debet oponi an lītis p̄testationē ad impediendū pcessum. postea autē oponi nō p̄t sec'i exceptiōe pacti de nō petēdo nō firmato iuramēto. q̄ illa est p̄emptoria. ideo debet oponi post lītis p̄testa. nō ante. vbi autē pactū eset iuramēto firmatū vel simplicit̄ q̄s iurasset nō petere: tūc etiā an lītis p̄testa. p̄t oponi exceptio vt impeditat p̄iurii. nō. **J**. an. in nouella. in. c. j. de lītis p̄testa. li. vj. Idē i pacto vel iuramēto d̄ nō p̄ueniēdo qđ in pacto de nō agēdo. vt nō. **J**. an. de rescriptis. ad audiētiā. ii. in. fi.

**E**xceptio pacti v̄l iuramēti de līris nō impetrādis debet oponi p̄tra rescriptū an lītis p̄testa. postea oponi nō p̄t. vt nō. **J**. an. de rescrip. c. p̄stitut'. et idē nō. anth. in. d. c. cōstittutus. et in. c. sup līris. c. ti. xvij. colū. Idē nō. **J**. an. de rescriptis. ad audiētiā. ii. ad fi.

**E**xceptio dolose et sciēter omissa in causa p̄ncipali: nō p̄t oponi in causa appellatiōis. et sicli mita. l. p̄ hāc. **L**. de tēpo appella. **S**z exceptio ignorāte omissa i causa p̄ncipali etiā si sit dilatoria p̄t oponi i causa appellationis. et sicli mita. c. in līris. d. p̄cura. vt nō. anth. de resp̄. ad audiētiā. ii. in. ii. colū. et admittit̄ excipiēs q̄ p̄abilitatez ignorauit. petita restitutiōe ex causa generali. sc̄z si qua iusta causa eē videbitur. et idē dicit ibi in. v. venio ad scđm.

**E**xceptio dilatoria supueniēs post lītē p̄testa. p̄t oponi post lītē p̄tes. si erat orta an sed eius

noticia deuenit ad ptem post litē cōtes. vt nō. anth. de p̄st. cū m. ix. colū. v. venio ad scđm. vide p̄. s. exceptiōes dilatorie.

**E**xceptio q̄libet q̄ orta est post terminū peremptoriū potest oponi post terminū. Idez si an terminū erat orta s̄ post terminū ad noticiaz p̄tis deuenit. sed h̄ vltimū mirabiliter limita fīm Hosti. in exceptionib⁹ dilatorijs: secus in peremptorijs q̄ post terminū oponi non p̄nt l̄z de nouo ad noticiā puenerint. fallit i casib⁹ de q̄bus. in. c. vt circa. d. elec. li. vi. **J**udex tñ d facili debet dictū peremptoriū reuocare ex causa p̄dicta. ita nō. anth. in. c. cū m. d. p̄stitu. ix. colū. v. venio ad scđm.

**E**xceptiones dilatorie pmissae oponi post litē p̄tes. intelligunt pmissae oponi eo casu dūtax at quo d iure oponēdi non est p̄sum p̄ viā agendi. als secus. eo casu quo p̄mittunt oponi possunt oponi v̄sq̄ ad actū q̄ fit vel fieri solet post litis p̄tes. vt in actu receptionis testiū vel alio ad quē nō pcedit nisi lite p̄tes. postea aut̄ oponi non possunt. vt nō. anth. d. p̄stitu. cum m. v. sed hoc ē vñū dubiū. x. colū. t̄ idez nō. anth. quo ad primū. in. l. pompo. s. rati. ff. de pcura.

**E**xceptio ista tu nō habes mandatū sufficiens nō p̄t oponi post litē p̄testa. q̄ litis p̄testatio supplet defectuz dubiū mandati. sed exceptio tu non es pcuator potest oponi post litis cōtesta. ad impediendum futuros actus: nō ad annullādum actus iam factos. Legiste tamē indifferēter dicūt q̄ ante litem p̄testa. t̄ post. exceptio tu nō es pcuator repellit. nec valēt gesta ad p̄iudiciū domini. vt nō. ant. de p̄st. cum m. v. ad scđm dic. x. colū. vbi declarat in tellectū. l. pompo. s. rati. ff. de pcura. Aduer tetū q̄ l̄z. Jo. an. in. c. j. de elec. li. vi. in glo. super v̄bo absentia dixerit fīm Inno. q̄ ista exceptio tu non es pcuator p̄t oponi q̄nq̄ ad ipediēdū futuros actū n̄ ad annullādū actū iā factos. ip̄e nā recitauit Inno. ipffecte q̄ dicit q̄ l̄z. pcuator q̄ ad actū iā factos non teneat docere de mādato p̄ instrumētū originale: teneat tñ pbare q̄ illud in actis exhibuit. t̄ ita iā te net ange. in. d. s. rati. t̄ domi. t̄ sanc. gemy. in. d. c. j. vbi Inno. b. dixit in glo. super v̄bo absen tia. t̄ vide sub verbo pcuator. s. pcuator d cuius mādato.

**E**xceptio ista tu nō es pcuator nō p̄t oponi i excutione s̄nie nec in causa appellationis. vt nō. ange. in. l. pompo. s. rati. ff. de pcura. pri mū dictū ē verū q̄n pcuator obtinuit. secus si succubuit. vt nō. **L**y. in. l. optimā. **L**. de p̄tra. emp. t̄ per Bar. in. d. s. rati. vide oīnos b verbo p̄sumptio. s. p̄sum. non debet quē ē pcuatorē. vide Bal. in. l. ita demū. **L**. d. pcura.

p limitatione dicti angeli. **E**xceptionē obiiciens non videſ de intentionē aduersarij aliqd̄ p̄fiteri. vt in regula. exceptio nem. li. vi. quod itellige quādo aduersari negat exceptionē. secus si illam p̄fiteatur. vt nō. **B**ar. in. l. non v̄tig. ff. de excep. sed alibi dīc q̄ in his in q̄bus p̄s sibi p̄iudicare nō potest: excipiens non censef cōfiteri. vnde si ille q̄ dicitur seru⁹ excipiat dīces se manumissum. p̄b non fateſ q̄ fuerat seru⁹. **I**dem si ille qui dici tur excōicatus dicat se ab exēcōicatione abso lutum: q̄ p̄ confessionem nō potest q̄s se facere excōicatum vel seru⁹. in his autē in q̄bus p̄t sibi quis p̄iudicare: si ambe p̄tes fatent exceptionem: tunc excipiens fateſ. si vna pars ne gat alia fateſ. tunc si exceptio nō p̄batur excipiens nō fateſ: si p̄batur: tunc excipies nō cē setur fateri ad comodū negātis s̄z ad comodū suū. sic fallit in aut̄. si dicat. **L**. de testi. **E**t qđ dictū est de negātē: pcedit siue factū negat siue solēnitātē in facto. **E**t p̄dicta pcedut quādo exceptio sit de eo quod nō dependet a me/ra volūtate excipietis. in dependētib⁹ autē a mera volūtate dīcedū est put diciſ i vltimis volūtib⁹. ita nō. **B**ar. in. l. decem. de verbo obli. **A**nt. dicit regulā eē q̄ excipies nō fateſ que regula pcedit maxime quādo p̄us negat intentio. vel quādo excipies dicit se non p̄fiteri. vel quādo illam ponit p̄ditionaliter quod facere censef l̄z verba intelligi possint aduersatiue. pcedit etiā quādo actor negat exceptiōne quo ad ius t̄ factū: q̄ non potest se ex negato fundare. fallit p̄mo ista regula quādo intentio ponit separatim ab exceptione. vt si dīco te mutuasse sed fecisse pactū de nō petēdo. p̄ quod datur intellect⁹ regule vt illa pcedat quādo actor ex verbis exceptionis p̄secutiue t̄ interclusiue p̄supponentis intentionez vult fundare intentionē. secus si ex alio separato: q̄r tūc ex illo fundat l̄z nō ex exceptiōe. Fallit scđo quādo intentio trahit ex v̄bis exceptio nis nō interclusiue v̄l pregnāter aut tacite. q̄r l̄z nō fateor intentū inclusum i exceptione. fateor tñ ip̄am exceptiōez. Fallit tertio quādo factū est interclusū in exceptiōe t̄ actor fundat se in facto put est in facto: sed nō put est i iurū effectu. tūc excipies videtur fateri factū. nā si agit ex delicto infamāte: oponens trāacti onem videtur fateri factū ex quo infamāt. et sic finalis ratio est quare excipies nō fatetur. q̄r intentionē interclusam potest dupliciter po nere. p̄mo vt i facto. scđo vt in iure sonat. i du bio videſ fateri vt i facto: nō vt in iure: t̄ verba p̄ eo interpretetur. ideo si super facto se fundat actor: fateſ reus si sup iure nō est p̄fessata actoris intētio. ita nō. ant. in. c. cū venerabilis.

de excep. v. opsono q̄ excipiēs. ix. colū.  
**E**xceptio de re iudicata trāfacta vel finita pōt oponi ad impediendū pcessum vt in. c. j. d. li-  
 tis ptesta. li. vj. et expone iudicata efficaciter.  
 trāfacta firmiter. et finita irretractabiliter. s̄m  
 Jo. mona. vt nō. Jo. an. in. d. c. j. sup glo. suf-  
 ficiebat. in nouella. et sup illo verbo finita in-  
 cluditur exceptio iuramenti decisorij super li-  
 te iudicialiter p̄stiti. vt nō. Jo. an. in. d. c. j. su-  
 per v̄bo finita. in glo. ordinaria. includit etiā  
 exceptionē iuramenti de non agendo sup eo  
 quod iā deductū erat in lite p̄us mota. Itē in-  
 cludit exceptionē cōpositionis facte super li-  
 te: l̄ illa compositio amicabilis non sit trans-  
 actio. Itē includit exactionē als exceptionē  
 arbitrij emologati eo casu q̄ ex arbitrio emo-  
 logato oritur actio et exceptio sicut est de sen-  
 tentia vt nota. Jo. an. super glosa predicta in  
 nouella.  
**E**xceptio p̄scriptionis potest oponi ad pces-  
 sum. s̄m Bar. in. l. s. i. fi. ff. ad terculi. et angel.  
 in. l. vir bonus. ff. iudi. solui. Contrariū tenet  
 Jo. an. in. c. j. de litis ptesta. li. vj. sup glo. suf-  
 ficiebat. in nouella. dic pleni? vt nō. Bal. in. l.  
 elegāter. s̄. si q̄s post. ff. de 2di. inde.  
**E**xceptio solutionis et acceptilationis et q̄libet  
 alia p̄ quam declarat actori actiones ipo iure  
 nō cōpetere. pōt oponi ad impediendū pcessum.  
 vt nō. Bar. in. l. cū q̄rebat. in pnci. ff. iudi.  
 sol. et ange. in. l. vir bon?. e. ti. et Bal. in. l.  
 elegāter. s̄. si q̄s post. ff. de 2di. inde.  
**E**xceptio quelibet p̄emptoria que ante litē cō/  
 testa. non deberet admitti ad pcessum impe-  
 diendū: si tamē fuit admissa et pbata impedit  
 pcessuꝝ vt circūitus litii evitetur. vt nō. Jo.  
 an. in. c. j. de litis ptesta. li. vj. super v̄bo retar-  
 dat. in nouella. et nō. anth. in. c. fi. de libel. ob-  
 la. et in. c. exceptionē. de excep.  
**E**xceptioꝝ que d̄ sūmario habet impedire p-  
 cessum ita demū debeat admitti si eaꝝ pbatio  
 offeratur incōtinenti parata. si enī requirerēt  
 altiorē indagine: non debent impedire pro-  
 cessum. vt nō. Bar. in. l. naz postea. in pnci. ff.  
 de iuriū. et anth. in. c. fi. de libel. ob. et ange. i.  
 l. vir. bon?. ff. iudi. sol.  
**E**xceptio nō numerate pecunie potest oponi  
 per psonas ecclesiasticas etiā post lapsum bi-  
 ennii quādociꝝ et platus renūciādo dicte ex-  
 ceptioni non piudicat ecclie nec etiā successo-  
 ri dictam exceptionē oponere v̄sq; ad quin/  
 quēnium nō postea. **R**atio ē quia dicta exce-  
 ptio fuit ab initio p̄ legem inducta et limitata  
 ad quinquēniū. qđ nō potuit postea p̄ aliā le-  
 gē imperialē decurtari ad piudiciū eccliaꝝ.  
**E**xceptio precij nō soluti an potest oponi i ex-  
 ecutione sententie late cōtra venditorē ad rem

tradendā. vide s̄. v. emptor.  
**E**xcipere an potest q̄s de iure tertii. vide ple-  
 ne per Jo. cal. de rescrip. mandatū. v. itē que  
 ritur. pone. v. carta.  
**E**xceptio quādō fit in. l. vel canone datur p̄ h̄  
 intelligi q̄ nisi id fuisset exceptū: includeretur  
 vt nō. Jo. an. d̄ p̄scrip. si. ppter. sup glo. mor-  
 te. in nouel. li. vj.  
**E**xcōmunicatio vt valeat non requirit  
 de necessitate cōtumaciaꝝ nec culpm. q̄  
 talia nō sunt de substātia excōdicatio-  
 nis. sunt tamē de substātia iuste excōmuni-  
 cationis. q̄ si p̄feratur etiā iniuste ligat. tex. de  
 sentē. excō. romana. s̄. fi. li. vj. et vide s̄. verbo  
 attemptata. in v̄bo episcopus. in v̄bo laicus.  
 et in v̄bo motus. in v̄bo pena. in verbo sentē-  
 tia. et s̄. in verbo exceptio. s̄. exceptionē excō-  
 municationis.  
**E**xcōmunicatio vt valeat et iusta sit. an req̄rat  
 monitionē et citationē. vide s̄. v̄bo citatio par-  
 tis. et vide s̄. s̄. pxi. in pn.  
**E**xcōmunicatus si petat absolutionē ad caute-  
 lam afferēs se exemptuꝝ a iudice q̄ excōmuni-  
 cavit eū: non debet absoluvi nisi p̄mo aliquālē  
 (l̄ nō plane) doceat de exemptione ne illudā  
 tur ordinarie potestati. nō. Rota. pcl. ccxcvij.  
 et cōclu. ccxix.  
**E**xcōmunicatus cū petat absolutionē ad cau-  
 telam necesse habet pbare excōmunicationē.  
 ad quā pbāndā quo ad effectū absolutionis  
 sufficit pbare q̄ fuit denūciat. imo s̄m q̄sdaz  
 sufficit sola p̄fessio dicentis se excōdicatum. vt  
 nō. Ro. pclu. ccclxxvij.  
**E**xcōmunicatus petens absolutionē ad caute-  
 lam habet necesse duo pbare scz se ex causa le-  
 gitima appellasse et post appellationē excōmu-  
 nicatū fuisse. nō. Ro. pclu. ccclxxvij. Qui au-  
 tem appellationi ab alio interposite adhesit et  
 post adhesionē excōdicatus fuit: non debet au-  
 diri petēs absolutionē ad cautelā nisi doceat  
 se infra decendiuꝝ quo appellare potuit adhe-  
 sis: ipamq̄ adhesionē ordinario intimasse.  
 nō. Ro. pclu. ccxxij.  
**E**xcōmunicat si petat se absoluvi simpliciter vt  
 ad cautelaz: sufficit volēti impedire oponere  
 exceptionē manifeste iniurie vel offense in ge-  
 nere. oportebit tamē postea pbare in specie.  
 nō. Ro. pclu. xliv.  
**E**xcōmunicatus petēs absolutionē ad cautelā  
 cōtra quā oponitūr exceptio rei iudicate vel  
 manifeste offense ex eo q̄ rei iudicate non pa-  
 ruit debet absoluvi si dicit excōmunicationem  
 latam post appellationē legitimā. vel si alleget  
 nullitatē sentētie ex defectu iurisdictionis. q̄  
 v̄troq̄ casu reddit̄ excōmunicatio a sentētie  
 dubia. et tūc habet locū absolutio ad cautelaz

**S**i enī de iurisdictione p̄staret: absolutio ces-  
saret. idem si nō cōstaret de iurisdictionē. quia  
tūc certū est excoicationē nō valere. nec eēt  
opus absolutionē. Tūc ergo sit dicta absolu-  
tio ad cautelā qn̄ est dubiū de iurisdictionē. et  
dicit dubiū qn̄ negās iurisdictionē habet sū  
datā suā intentionē de iure cōmuni. qz iudex  
qui s̄niaz tulit non habet iurisdictionēz de iure  
cōmuni. vel si habebat: pbatu ē de nō iurisdi-  
ctionē p̄ vnū testē: et sic facta est dubia iurisdi-  
ctionē. et hoc ē vez n̄isi aduersari⁹ ex aduerso p̄  
fecte p̄bet iurisdictionē. Aduerte tñ qz nō suf-  
ficit ei simpliciter deducere et probare iurisdi-  
ctionē n̄isi etiā deducat et p̄bet notorietatē iu-  
risdictionis v̄l salte cōmuni opinionē sive pu-  
blicā vocē et famā esse de ip̄a iurisdictionē. qz  
si debet induci manifesta offensa ex s̄nia cui n̄  
paret: optet qz etiā iurisdictionē iudicant mani-  
festa sit. qd tene mēti. nō. Ro. p̄clu. cccxv.

**E**xcomunicat⁹ cū petit absolutionē ad cautelā  
ad quā impediēdaz si oponit aduersari⁹ ma-  
nifesta offensam ip̄o iure sive hois assignatio-  
ne: incipit sibi currere termin⁹ octo dierū ad p̄  
bādū a die exceptionis p̄posite. et currunt tem-  
pus p̄dictum de momento ad momētum. nō.  
Ro. p̄clu. cciiij.

**E**xcomunicatus p̄ manifesta offensa nō audīt  
nec absolvit ante q̄s satisfaciat. Sz si offensa ē  
dubia et cōqueritur de nullitate sentētie exco-  
municatiōis: nō est necessaria absolutionē. et au-  
ditur p̄sequēs iudiciū n̄isi petat se absoluī ad  
cautelam: quo casu debet absoluī p̄stata cau-  
tione de satisfaciendo. Excomunicatus autē  
pro contumacia non absolvitur nisi p̄us con-  
tumaciam purget. et de expensis satisfaciat⁹.  
Si vero contumacia est dubia: tunc si conten-  
dit nullitatē sentētie: nō absolvit ex necessita-  
te lz possit petere ad cautelā. Sz si cōtendit in  
iusticiā sentētie: tenebit⁹ absolutionēz petere.  
als nō audīt in causa in q̄ cōtumax fuit. Dic-  
ta p̄cedūt n̄isi q̄s esset excoicatus: qz iacet  
i peccato et semel fuit absolvit⁹: qz si postea ex-  
cōmunicaref nō absolueref ante finē iudiciū.  
nō. ant. de iudi. c. j. v. venio ad glosam i v̄bo.  
Quod aut̄ dictū est excoicatum p̄ p̄tumacia  
nō absoluī n̄isi de expensis satisfecerit: intelli-  
ge vel n̄isi de satisfaciēdo fideiussorē dederit.  
nō. Ro. cōclu. lx.

**E**xcomunicatus p̄ manifesta p̄tumacia nō ab-  
solviī ante q̄s satisfaciat. Idez si p̄ manifesta  
offensa. nō. ant. de iudi. c. j. v. nota scđo exco-  
municat⁹. ad lz d̄ p̄tumacia vide tex. in. c. ve-  
nerabilis. Sz secus. de sen. excō. li. vj. nec exco-  
municat⁹ liberaf sola satisfactiōe n̄isi actuali-  
ter absoluat. nō. ant. in. d. c. j. v. nota tertio  
excomunicat⁹.

**E**xcomunicat⁹ ppter p̄tumaciā qz citatus nō  
comparuit: si anno i excoicatione persecuerat  
habetur pro cōūcto de delicto p̄ quo cōueni-  
tur. et p̄t p̄uari episcopatu et beneficio absq̄  
alio iudicio. Sed an annū non p̄uatur nisi ce-  
lebrauerit. quo casu priuari p̄t ppter irregu-  
larietatē et ppter p̄temptum in celebrando  
nō. ant. de iudi. c. j. carta fi. vide etiā p̄ eū i. c.  
pastoralis. §. vez. de appell. vide §. §. pri.

**E**xcoicatus nō p̄t p̄uari titulo bñficii qz p̄t  
uef redditib⁹ bñficij. n̄isi excoicatione p̄cesserit  
ex causa p̄uante ip̄o iure. nō. ant. de iudi. c. j.  
v. nota sexto excoicatum. vide pleni⁹ p̄ eundez  
d̄eta. et q̄li. cū bone. circa fi. vide etiā p̄ eū i. c.  
pastoralis. §. vez. de app. vide §. §. pri.

**E**xcoicatione inducit p̄ hec verba ab habēte p̄o  
testatē excoicandi. plata. videlicet iubem⁹ ta/  
lem ut excoicatum vitari. et illa dictio ut vel si  
cut: non nōt improprietatē s̄ veritatē. idem si  
hec v̄ba p̄ferant. Si a cōmunione hoiuz ali-  
enus. et sic verba referunt ad prem. Idē si di-  
caſ null⁹ cōmunicet tali donec absolvit satis-  
factiōe p̄missa. secus si simpliciter dicat. nul-  
lus cōicet tali: nā talia v̄ba nō inducunt dire-  
ctam s̄ poti⁹ indirectā excoicationē. Ex q̄ tres  
sequūt effect⁹ p̄mo qz talis indirecte excoica-  
tus nō peccat cōmunicādo cum alijs. scđo qz  
nec ip̄e nec cōicantes cū eo sūt excoicati maio-  
ri excoicatione. tertio qz talis indirecte excoi-  
catus celebrādo nō icurrit irregularitatē. nō.  
ant. de iudi. c. j. v. op̄ono qz p̄ hec v̄ba.

**E**xcoicatione et anathematisatio differūt s̄m. Jo.  
an. qz p̄ma ē sine solēnitate. scđa cū solēnitatē  
sz solēnitas anathematis ē qz eps cū. xij. epis  
eam facit cū cādelis accēlis qz in fine anatha-  
matis debet p̄scere et pedibus p̄culcare. nō.  
ant. de iudi. c. j. v. op̄ono cū glo.

**E**xcoicatione p̄thiri i genere p̄ edictum s̄ incer-  
tam psonā: ut qn̄ ponif̄ edictū p̄ ordinarium  
qz oēs clericī sive diocesis soluant charitatiū  
subsidiū infra certū t̄ps sub excoicationis pe-  
na et. quo casu ligant̄ s̄faciētes q̄ erāt p̄sen-  
tes iloco edicti qn̄ fuit. p̄posituz. nō illi q̄ erāt  
ita distates qz ad eoz noticiam nō potuit edi-  
ctū verisimilit̄ p̄uenire. nō. Ro. p̄cl. cccxxv.  
vide bonū tex. de ista excoicatione in genere  
in. c. p̄stitut⁹. j. de testi. et de sen. excō. romana  
§. caueat. li. vj. et qd nō. glo. sup v̄bo nomina-  
tim. in. c. si sacerdos. de offi. ordi.

**E**xcoicar⁹ m̄iori excoicatione debet excoicari  
maiori si p̄cipiat et p̄temptu. nō. ant. de cle.  
excō. ministrā. c. fi.

**E**xcoicatione facta post legitimā appellatiōe nō  
valet etiā si appellās nō p̄sequat̄ appellatiōe  
nō. de appell. c. sepe. in glosa sup v̄bo rata. et d̄  
appel. p̄ tuas.

**E**xcoicatio facta p̄ platū depositū pendēte appellatiōe a depositiōe valet l̄z postea deserat nō. de apel. c. sepe. in glo. sup. xbo rata.

**E**xcoicar' iuste dī q̄ est ad fruct' pceptos generaliter p̄dēnatus si p̄ executorē l̄ne fuit montus vt infra certū tps dictos fruct' sub excōmunicationis pena restitueret et nō fecit nec aliud infra terminū oposuit. t̄ nō absoluetur nisi satisfecerit. nō. Ro. 2cl. clxxvij.

**E**xcoicatio an p̄bet eo q̄ q̄s petat se ab excōmunicatione absolui. glo. dicit q̄ sic. de elec. venerabilē. s̄. s̄t enī. vide Jo. an. d. ordi. cog. cū dilect'. sup. glo. penul. t̄ de homi. c. exhibita. t̄ Bar. de xbo. obli. l. decē. Et Jo. an. i. dicitis locis p̄cludit q̄ si petaſ absoluto in iudiicio p̄bat excōicationez n̄iſ exp̄ſſe dicat q̄ petit ad cautelā. t̄ idē dicit Bar. in. d. l. decē.

**E**xcoicatio non p̄bat p̄ denūciatiōe q̄n excep̄tio excōicationis oponit in vim pemptorie s̄ in vim dilatorie tunc ē dubiū. nō. Ro. 2cl. ccxliiij. Alibi dicit q̄ l̄z non. p̄bet p̄ denūciatiōe quantū ad repellendū illū q̄ d̄ excōicar'. p̄bat t̄n quo ad effectū obtinēde absolutiōis ad cautelam ab ip̄a excōicatione. vt nō. Ro. 2cl. ccclxxxij. vide ant. de iudi. c. j. v. owo/ no q̄ p̄ hec verba. circa fine. vide qd̄ nō. Jo. an. p̄ t̄ ptra. de sen. excō. licz. li. vj. sup. verbo nūciari. t̄ de exceptio. c. pia. e. li. sup. xbo no-men pprium. Hosti. dicit q̄ p̄ denūciationez p̄batur excōicatio facta p̄ ordinariū. i. c. prudētiā. s̄. sexta. de offi. dele. Et idem tenet ibi ant. t̄ idē dicit arch. xj. q. iiii. nemo p̄dēnat. et d. c. pia. t̄ idē tenet Jo. de ymola. vt recitat domi. in. d. c. licz. dicit̄ dicta decisio q̄ curia seruat p̄trariū.

**E**xcoicatio nō p̄bat p̄ b q̄ q̄s excipiēdo dicat se ab excōicatione absolutū l̄z non. p̄bet absolutionē. q̄ p̄ b nō fateſ se de p̄ſenti excōicatu. vt nō. Bar. in. d. l. decē. de xbo. obi.

**E**xcoicatus si fuit absolutū l̄z male; nō debet in eandē excōicatiōis ſuſaz reintрудi ſue reducī ſuſaz canonica monitione premissa t̄ ex noua cauſa iusta t̄ aprobata puta ex noua p̄tumacia. ad hāc t̄n reintruſionez nō reqr̄it monitio pſonalis ſuſſicit citatio p̄ audiētiā cū trina monitiōe ex q̄ ab initio an p̄maz citationē fuit pſonalit̄ apprehēſus. nō. Ro. 2cl. ccclxxxij.

**E**xcoicare an poſſit ille cui certū ministeriū eſt cōmiſſum: ſi impediſ illud expedire. vide sub xbo iudex. s̄. iudex cui certū misteriū.

**E**xcoicare etiam p̄nt inferiores plati. imo q̄libet clericus ex p̄ſuetudine p̄ſcripta b p̄t vī. Inno. vt nō. Ro. 2cl. cccxcix. nam excōmunicationā p̄tā ſt̄ haberi t̄ acq̄ri nedū p̄ platum ſed etiā p̄ inferiorē clericū habētē iurisdictiōne vel p̄minētiā in ſubiectos. vt nō. anth. de

ca. po. c. fi. xxvj. colū. v. ex his decidif. Adde q̄ nullus p̄t excōicare nec ab excōicatione ab ſoluere. nec penitētias iniungere n̄iſ ſit ſacerdos. t̄ ſi nō ſacerdoti talia cōmittant̄: debet il lap aliū ſacerdotez idoneū expedire. q̄nimo neccalia poſſunt cōmitti p̄ nō ſacerdotem. vt nō. Jo. an. in. c. fi. sup. xbo iniungere penitētias. de offi. dele. t̄ vide ſub xbo laicus ex con/ceſſiōe. t̄. p̄mo. s̄. t̄ ſub verbo iudex. s̄. iu-dex q̄libet.

**E**xcoicatum p̄t eps̄ t̄ etiam inferiorē ſoluere ſaluo q̄ ab excōicatione iuris inferiorē non ab ſoluit n̄iſ a iure ſibi ſpecifice ſit p̄ceſſum vel ni ſihabeat episcopalē iurisdictionē. nō. ant. de iudi. at ſi clerici. s̄. de adulterijs. penul. t̄ vle. colā. vide. s̄. s̄. pxi.

**E**xcoicar' ppter injectionē manuū i clericū p̄t ſoluere p̄ ordinariū ſi mulier ē vel nō ſui iur. tex. eſt de ſen. excō. mulieres. Idem in q̄libet alio ex cui' iniectionē non ē enormis ſuſſicit in iuria illata. tex. eo. ti. puenit. t̄ d̄. enormis q̄n ſequit̄ mēbri mutilatio. vel magna ſanguinis effuſio. vt ptz. e. ti. cū illoz. ab illa tamē enormi t̄ atrocē p̄ legat̄ abſoluere. vt nō. anth. de ſen. excō. ad eminentiā.

**E**xcoicationez an incurrat laic' capiēs clericū delinquētē. vide lb. v. laic'. s̄. laic' capiēs.

**E**xcoicationez nō incurrit q̄ p̄ defensiōe pſone vel rex man' violētas i clericū iniecit. nō. gl. in. c. olim causam. de reſti. spo. t̄. c. ſi vero alii cui'. s̄. ſi x̄o. de ſen. excō. licz. in. d. ſi x̄o. vi deaf. tex. in. p̄trariū: i eo q̄ dicit talē nō debere ad ſumimū p̄tificē traſmitti vt ſoluat̄. per qd̄ innui videt̄ eū eſſe excōicatu. nō t̄n q̄ arte tur p̄ ſoluere adire ſumimū p̄tificez. q̄ p̄t ſoluere p̄ ordinariū. S̄z dic q̄ p̄ rōnem illius tex. p̄cludit eū nō excōicatu. t̄ p̄ſequēter non tenet p̄ ſoluere adire papā nec inferiorē.

**R**atio enī q̄ ibi ponit̄ ē. q̄ vim vi repellereli cer. t̄ oia iura p̄mittūt. q̄ qd̄ lege p̄mittente ſit

penā nō meret. L. de adul. l. gratus.

**E**xcoicationē incurrit q̄ manū violētas in clericū etiā excōicatu: vel monachū l̄z bigamū iniecit. nō. Jo. an. de re. iur. delictū. li. vj.

**E**xcoicationē incurrit q̄ clericū inuitū detinet l̄z eū i pſona nō ledat. d. ſen. excō. c. nup. i. p̄n.

**E**xcoicationē icurrit nō ſolū q̄ man' violētas in clericū iniecit. ſuſſicit q̄ inuci mādau it. tex. de ſen. excō. mulieres. Idē etiā in eo q̄ p̄ſentit vel pſulit locutiōe vel oratiōe. id ē xbo vel in ſcripto. vt nō. glo. quātē. de ſen. excō.

**E**xcoicationē vnicam incurrit q̄ vnicō impetu pluries clericū p̄cūſit: q̄ ille plures p̄cūſiones p̄ vna habent̄. nō. Jo. an. de re. iur. delictū. li. vj.

**E**xcoicar' pluribus de cauſis ſi i ſoluere

ynam tm̄ ex̄p̄mit: manet p̄ alij ex̄cōicatus. d̄  
sen. ex̄cō. cū p̄ causa. t̄ d̄ offi. ordi. ex̄ pte.

**E**x̄cōicari nō p̄t p̄ debito q̄ bonis cedit: q̄ cef-  
sat ɔtumacia q̄ est ex̄cōicationis causa. nota.  
Jo. an. d̄ solu. Odardus. sup glo. fi.

**E**x̄cōicatus minori ex̄cōicatione (sc̄ q̄ cuz ex̄  
cōmunicato sciēter p̄cipiat) suspensus ē quo  
ad se tm̄. non q̄ ad alios. t̄ sic q̄ ad cōmodum  
alienū. ideo p̄t eligere s̄z nō eligi: q̄ inhabilis  
ē ad oia bñficia t̄ sp̄ūlia respicientia fauorez  
suiu z non alienū. de cle. ex̄cō. ministran. c. fi. t̄  
ibi p̄ antho.

**E**x̄cōicat̄ occult̄ nō est vitādus fm̄ Inno. vt  
nō. anth. de coha. cle. t̄ mulie. v̄ra. in quinta  
oppositione. ideo talis occult̄ ex̄cōicatus q̄ cō  
muni opinione habet p̄ libero p̄t bñficia als  
ad collationē suā spectantia cōferre. t̄ si p̄fert  
vel p̄fimat: valet collatio vel confirmatio. vt  
nō. ant. de re iudi. ad pbādū. vlti. colū. Hec li-  
mita nisi ille p̄ q̄ fit p̄fimatio vel collatio sci-  
ret eū ex̄cōicatu. nō. Cal. de re iudi. ad pbādū.  
**E**t idē sentit anth. de p̄ben. dilect̄. t̄. vlti.  
colū. in p̄nci. Et vide. s̄. ex̄cōicatus p̄t aliqd.  
t̄. s̄. ex̄cōicatus nō p̄t p̄uilegiū habere. nec p̄t  
in iudicio agere vt. s̄. ex̄cōicat̄ minori. nec  
ex̄cōicatu absoluere. vt nō. Cal. in. d. s̄. ad p̄-  
banduz. vide oino lapū alle. lxxxix. vij. colū.  
vbi tenet p̄trariū.

**E**x̄cōicatus maiori ex̄cōicatione p̄t bñficiū ac-  
ceptare: sed non p̄t de illo sibi facere p̄uideri.  
nō. Ro. p̄clu. cix. t̄ non p̄t eligere nec eligi. vt  
nō. in. d. p̄clu. cix. Predicta limita nisi ex̄cōi-  
catus ignoret p̄babilit̄ se ex̄cōicatu. vt nō.  
glo. de cle. ex̄cō. mi. aplice. t̄ ita p̄t limitari. c. j  
de rescp̄. li. vj. Hosti. in. d. c. aplice. distinguit  
iter ex̄cōicatu oino occultū vt ibi recitat Jo.  
an. quē videoas. t̄ q̄ non p̄t eligere nec alium  
actū sp̄ūlē exercere. nō. d̄ iūriū. q̄ntauallis  
v. xxiiij. d̄ria. vide. s̄. s̄. ex̄cōicat̄ p̄t aliqd

**E**x̄cōicar̄ p̄t matrimoniu p̄trahere. testamētu  
cōdere. t̄ p̄tractus inire. t̄ equiparaſ̄ depor-  
tato. nō. Ro. p̄clu. cix. t̄ de cōtractu concor-  
ant. de iūriū. q̄ntauallis. v. xxiiij. d̄ria. Sed  
de p̄tractu t̄ alij ex̄iudicialibus: an ex̄cōica-  
tus possit illa facere. vide pleni p̄ eundē ant.  
in. c. veritatis. de do. t̄ p̄tu. t̄ p̄ Hal. in. l. j. C  
de iūriū. t̄ fac. ignorā. t̄ p̄ Jo. an. in. c. j. de offi.  
vica. li. vj. in nouella. i. fi. vbi dicit fm̄ lhosti.  
p̄tractu ex̄cōicati claudicare. sicut dicit de cō-  
tractu pupilli. t̄ semp̄ valet p̄tractus ad utili-  
tate suā si notori: est ex̄cōicatus vel si nō dicit  
ex̄cōicationē nullā. vt ip̄e nō. de sen. ex̄cō. so/  
let sup̄stes. ad fi. li. vj. in nouella.

**E**x̄cōicatus minori ex̄cōicatione p̄t eē in iudi-  
cio. sec̄ i ex̄cōicato maiori: siue sit ex̄cōicatus  
publice siue occulte. nō. anth. de iudi. c. intel-

leximus.

**E**x̄cōicar̄ p̄t acqrere ius patronat̄ de p̄ sensu  
epi. s̄z nō habet exercitium an̄ absolutioz. vt  
nō. Jo. an. de iure patro. nobis. sup̄ verbo si  
Ex̄cōicatus non p̄t iurisdictionē de (quis.  
legare. de re iudi. ad pbādū. vt nō. in. c. j. de  
offi. vica. li. vj.

**E**x̄cōicatus non p̄t aliqd p̄uilegiū impetrare.  
nō. lap. de rescp̄. c. j. li. vj. q̄d limitari p̄t n̄isi  
p̄babilit̄ ex̄cōicatum se ignoret. vt nō. glo.  
de cle. ex̄cō. ministran. aplice. Sed lhosti. ibi  
distinguit inter ex̄cōicatum oino occultum t̄  
non oino occultuz vt ibidē refert Jo. an. quē  
videoas. Antho. tenet q̄ impetratio p̄uilegiū  
non est ip̄o iure nulla. secus i impetratiōne re  
scripti. vt ip̄e nō. in. v. q̄d i p̄uilegio. lapus  
aut̄ aliter dicit allega. lxxxix. vij. colū. t̄ vide  
s̄. s̄. ex̄cōicatus occultus.

**E**x̄cōicar̄ l̄z n̄ possit ipetrare rescriptū ad agē  
dum extra curiā: potest tm̄ impetrare in curia  
q̄ rescripta q̄ impetrant̄ ad agenduz in curia  
sunt potius distributiones. ideo q̄libet etiam  
inhabilis admittit̄ ad talē impetratiōne. nō.  
Ro. p̄clu. clxx. t̄ p̄clu. xlviij. Ratio huius cō  
clusionis pcederet in rescripto impetrato ad  
auditorem rote q̄ als habet iurisdictionē ordi  
nariā in cognoscēdo. secus i impetrato ad ali  
um iudicē etiā in curia. l̄z aut̄ nō valeat rescri  
ptum impetratū ad agendū ex̄ curiā: valet tm̄  
si ē motu p̄prio p̄cessuz t̄ absolutiōe facta po  
terit ex illo agi. nō. lap. d̄ rescp̄. c. j. li. vj. Itē  
valet indistincte si est impetratuz ab ignorāte  
se ex̄cōicatu si est p̄babilis ignorātia. vt nō.  
glo. de cle. ex̄cō. ministran. aplice. Sed lhosti.  
ibi. distinguit inf̄ ex̄cōicatu oino occultū et n̄  
oino occultū. t̄ ibidē refert Jo. an. quē videoas

**E**x̄cōicatus si nō auditur excipiēs p̄ impetrat̄  
re rescriptū sup̄ hoc q̄ non auditur: inquātū  
impetrat ad eundē iudicē. s̄z ad aliū iudicē im  
petrare non potest. nō. ant. de excep. significa  
uerūt. vlti. colū.

**E**x̄cōicatus p̄t impetrare rescriptuz sup̄ appel  
latione sua interposita psequēda. Itēz p̄t pe  
tere restitutionē ad appellādū. nō. Ro. p̄clu.  
ccccxxiiij. vide infra. s̄. pxi.

**E**x̄cōicatus non p̄t petē restitutionē p̄ncipali/  
ter aduersus s̄niaz. nisi in causis matrimonia  
libus t̄ bñficialibus fm̄ lhosti. nota. Ro. con  
clu. ccccxxxiiij. vide ant. de iudi. intellexim̄.  
dic q̄ sic si petitur restitutio ex̄ clausula gene  
rali. qua p̄bata nisi subueniref damnū pate/  
retur innocēs vel periclitaref: tūc auditur re  
stitutionē petens. Sed si petitur restitutio ex̄ so  
lo fauore dependēs. tunc non auditur si p̄ncipa  
liter petit restitutio ad appellādū quia illa  
ordinat̄ in finez defensionis. ideo ex̄cōicatus

admittit. nō. ant. de exceptio. significauerūt.  
v. ex his decidit. penul. colū.

**E**xcoicatus nō p̄t agere de nullitate sententie  
nec alii recouenire. nō. Ro. xclu. ccccxxxiii.  
quo ad nullitatez. vide ant. de iudi. intellexi-  
mus. dic q̄ non p̄t de nullitate agere fm. Jo.  
an. qz p̄t se defēdere p̄ exceptionē si executio  
petat. hoc intellige nisi nullitatez psequaz per  
viā appellationis. qd̄ p̄t. vel nisi s̄nia esset aliq̄  
quo ad op̄i. Iz nulla q̄ ad veritatē. tunc enī au-  
dif. qz h̄ opinionē q̄ ip̄m stimulat se defendit.  
nō. ant. in. d. c. significauerūt. vlti. colū.

**E**xcoicatus nō p̄t iudicat̄ agere. Fallit qñ  
agit ex l. diffamari. vel aut. q̄ semel. qz necel-  
sario agit tūc. vt nō. ant. in. d. c. significauerūt  
vij. colū. et circa hoc vide j. s. excōicatus Iz  
possit esse. Itē fallit in causa appellationis a  
ppria excōicatione. sed conueniri possit ne ex  
suo delicto comodū reportet. et qñ p̄uenit de-  
bet p̄ alii non excōicatuſ r̄ndere. p̄t tñ si vult  
p̄ se defendere. et p̄ defensione q̄ sibi pmittit  
licet cū eo p̄cipare. nō. ant. de iudi. intellexi-  
mus. dic q̄ non solū in appellatione audīt ex  
cōunicat̄. qz Iz fuerit actor originari in pri-  
ma instantia: censet reus et defensor i appella-  
tione ppter stimulū s̄nie p̄tra eūlate. fm. In  
no. Jo. an. et archi. vt nō. ant. d. excep. signi-  
ficauerūt. v. oppono q̄ non debuerit. hoc ve-  
rum in q̄stum petit s̄niaz contra selatam cassa-  
ri. sed in q̄ntu peteret vltra hoc fieri p̄ adiu-  
dicatoriam. vel declaratoriaz: non auditur qz  
illo respectu actoreſ fm. Hosti. et Ro. Iz glo.  
et Jo. an. contrariū dicat qñ appellatur a diffi-  
nitua. opinio Jo. an. pcederet quādo an co-  
clusionem non fuisse oposita excōicatio. als  
pedit hec opinio. Et pdicta pcedunt i acto-  
re appellante. sed si est appellatus nō auditur  
volēs psequi appellationē si de excōunicati-  
one oponit: nisi appellās etiā psequaz. quia  
pmo casu actor censetur etiā in appellationē: se-  
cūdo reus. originari autē reus siue sit appel-  
lās siue appellatus: audīt indifferenter in cau-  
sa appellationis sicut in pncipali nō obstante ex-  
cōunicatiōe. quia semp p̄eo habet. vt nō.  
ant. in. d. c. significauerūt. v. quero cum. vj.  
colū. Predita intellige in appellatione iudici-  
ali. sec' in mere extrajudicati. qz ille excōmu-  
nicatus indifferēter non admittit cum illa sit  
puocatio ad causam. sed si non esset mere ex-  
trajudicatiſ vt in eo q̄ appellat ab executorē:  
qui vult puidere admitteret. nō. Jo. an. de  
excep. pia. li. vj. sup verbo iudiciorū. in nouel-  
la. Item pdicta intellige quādo excōunicata-  
tus appellat a sentētia vel ex eo q̄ sibi denega-  
tur defensio. sed si appellat ex eo q̄ sibi simpli-  
citer audiētia denegat: non audīt fm. archi.

quod est notabile. vt nota. anth. in. d. c. signi-  
ficauerunt.

**E**xcomunicatus Iz possit in causa excōunica-  
tionis agere. habet tamē necesse absolutionē  
petere ante igrēslū iudicij ne ptemnere vide/  
atur. nō. ant. anth. de offi. dele. prudētia. s. sexta.  
v. octauo qd̄ in causa appellationis. quod est  
verū quādo litigat p seipm. securis forte si per  
pcuratorē litigaret. nō. ant. de iudi. intellexi-  
mus. Item pmum dictū verū in appellatione  
interposita a sentētia non habet necesse pete/  
re se absoluſ. Ratio ē. qz pm̄o casu quādo ap-  
pellat a sentētia excōunicationis fatetur se  
ligatū. merito ptemnit si nō facit se absoluſ. et  
qz non stimulat sentētia excōunicationis q̄  
nō trāſit in rem iudicatā. vt nō. ant. de excep.  
significauerūt. iij. colū. v. nec. ob. de sen.

**E**xcoicatus Iz possit esse in iudicio vt reus con-  
uentus. tamē non potest vt reus esse i iudicio  
agendo ex lege diffamari. vel petēdo q̄ actor  
compellaſ plistere in actiōe fm formā aut. q̄  
semel. quia hoc esset ad ei' comodū voluntariū  
nō. ant. de iudi. intellexi'. vide s. s. excō  
municatus nō ppter hoc iudicat̄. Aduer-  
tet tamē q̄ ea q̄ p excōunicato iudicat̄ si  
unt: valent ad ei' p iudicium in fauorē p̄tis re-  
cipientis. vt nō. Jo. an. in. c. s. de offi. vica. li.  
vj. in nouella. in fi.

**E**xcomunicatus p̄t vt tertī p̄ suo iteresse com-  
parere ad causam. qz non d: actor sed reus ne-  
cessitate puocat̄. no. doc. de excep. cū iter. vi  
de pleni p̄ anth. in. c. dilecti. c. ti.

**E**xcomunicatus duab' excōunicationib'. si  
imperat absolutionē sup vna: non potest re-  
pelli p aliam. nō. Jo. an. de rescrip. c. s. li. vj. i  
nouel. sup. v. excōicationis.

**E**xcomunicat̄ non potest regulariter i iudicio  
agere. et si iudicatuſ agitat coram delegato ab  
eo imperato ē nullū. si corā ordinario repelli  
tur si oponat̄. nō. ant. de iudi. intellexi'.

**E**xcomunicatus nō potest esse in iudicio tanq̄  
iudex vel testis. nec vt aduocat̄. nec vt nota-  
rius cause. nec vt assitēs actori. nec vt causaz  
sollicitās. nec vt accusator p publico iteresse.  
nec vt psequens inq̄stionē. vel vt eam pm̄o  
uens nec p iniuria sibi illata. nō. ant. de iudi.  
intellexi'. nec etiā p̄t vt tutor vel curator de-  
cretū interponere. Et predicta vera i publice  
excōunicato sec' in occulto. nō. Bal. d iuri  
et fac. ig. l. s.

**E**xcomunicatus nō potest esse in iudicio vt tu-  
tor nec vt ali' legitimus administrator. vt pa-  
ter p filio etiā si sit miles. nisi p̄sensus patrī re-  
quirereſ in signū repudiationis. nō. ant. d iu-  
dīch. c. intellexi'.

**E**xcomunicatus nō potest esse in iudicio cōpē

sando. vel responsum petendo. vel extraudi  
cialiter appellando. vel voluntarie excipiēdo. vi  
de ant. de iudi. intelleximus.

**E**xcommunicatus in oībus casib⁹ qđ p̄t esse in iudi-  
cio. in illis oīb⁹ si impedit potest agere p̄ iniu-  
ria sibi illata circa casum & pmissum. nō. ant.  
de iudi. intelleximus.

**E**xcommunicatus l̄z repellaſ ab agēdo i iudicio  
tn̄ in suspēso sec⁹ vel interdicto siue alio crimi-  
noso qui non repellitur. nō. ant. de iudi. in-  
telleſimus.

**E**xcommunicat⁹ in omnib⁹ casibus in qđ potest  
esse in iudicio: in eisdē potest p̄stituere pcur-  
atorem. qđ potestas pcuratorez cōſtituendi re-  
gulatur a potestate agendi. & ſufficit talem p-  
curatore h̄e generale mādatū. l̄z ant. dixerit  
qđ reqr̄ē ſpeciale. no. ant. d̄ iudi. intelleximus.

**E**xcoicat⁹ l̄z nō p̄ſſit cōſtituere pcuratorem  
ad recipiēdā ſolutiōez ab excoicatione. p̄t  
tn̄ litem ſup ſolutione p̄ pcuratore agitare  
nō. ant. de iudi. intelleximus. h̄mū dictū limita  
fini. Inno. vt nō. ſup vbo pcurator nō p̄t cō-  
ſtitui. & vide i. §. excommunicatus potest p̄ p-  
curatorem.

**E**xcommunicat⁹ an p̄ſſit esse in iudicio tanqđ p-  
curator vniuersitatis vel alteri⁹ priuati. vide  
anth. de iudi. intelleximus. & plenius p̄ eundez  
in. c. post cessionē. de pba. & de excep. ſigni-  
ſauerit. & dic vt i. §. excommunicatus non p̄t.  
**E**xcommunicatio ſicut p̄t fieri ad t̄ps ita & ab/  
ſolutio ab excommunicatiōe potest esse tēpora-  
lis: vt elapſo t̄pe ſtatim qđ reincident i exco-  
municationē. qđqđ dicit archi. & Cal. et nō. ant.  
de testi. c. veniēs. iij. in fi.

**E**xcommunicatus nō p̄ſſit esse pcurator alteri⁹  
us in iudicio ex parte actoris nec ex pte rei. Si  
erat excommunicatus tēpore cōſtitutionis & tē-  
pore ſuceptiōis mandati. Et idem si tēpore  
cōſtitutionis t̄m vel ſuceptiōis t̄m erat exco-  
municat⁹: licet tēpore quo mādatō vtiſ ſe-  
periat ab excommunicatiōe ſolutū qđ māda-  
tum ab initio fuit vtiſi & nulluz. ido poſtea  
nō recoualeſcit niſ noua & exp̄ſſa domini vo-  
luntas ſupueniat tēpore quo pcurator ē abſo-  
lut⁹ & abilis effect⁹. Et ē aduertēdū qđ pcess⁹  
cum tali pcuratore habit⁹ ē ipso iure null⁹ etiā  
ſi non oponatur. l̄z Inno. & ſpecu. in hoc vlti-  
mo aliter dixerint. vbi vero tēpore mādati et  
ſuceptiōis mādati pcurator ē capax l̄z poſt  
ſupuenit inabilitas qđ excommunicat⁹. tunc p-  
curatorū valet. ſed donec excoicatus ma-  
net non pceditur cuz illo. pcessus t̄m ſact⁹ va-  
leret hoc caſu ſi non oponereſ. qđ habet ſūda-  
mentum potestatis l̄z non exercitium. ſupue-  
niente aut̄ capacitate qua abſoluatur: vtitur  
p̄mo pcuratorio. & ſic excoicatus nō p̄t

erne pcurator i cauſa oīno aliena ita nec i cau-  
ſa ſibi cōmuni cuz illo cuius pcurator vult eē  
nō. ant. de pba. poſt cessionē in vi. carta. i ca-  
ſibus t̄m in qbus dixi excoicatum non cē pcu-  
ratorē: poterit aliū ſubſtitueret ad hec habe-  
at mandatū. qđ actus ſubſtitutiōis extra iudi-  
cialis ē et p̄ viam cōtractus expedīt ut ibidē  
nō. ant. circa hoc vltimū. vide ſub vbo pcu-  
rator inabilitis. Adde qđ ſicut pcurator exco-  
municatus non admittit in pma. ita etiā poſt  
ſententiā cōtrare in pma instantia latā & poſt  
appellationē ab eo interpoſitam excoicatuſ  
